

De natura salis & specie-
bus & modis.

Cap. I.

V Num de medijs, & primum
est sal de quo in communi iā
scimus ex scientia metheo.
quod efficitur ex terreo grosso, et com-
bustum est postquam commistum
erat aqueo, & ideo omne sal resolu-
i incipit in aqua frigida, & in aëre fri-
do, & humido. Est autem sal multa-
rum diuisionum: est enim sal mari-
num siue quod ex aqua salsa concre-
tum est, & est sal gemma quod est si-
cut chrysellum, perlucidum, & in
Ungaria abundantissime inuenitur:
cuius commistio est terrestris compo-
sita, & propter hoc facile raditur in
puluerem, non autem est ex solo ter-
stri, sed cum habet aqueam substan-
tiam frigiditate terra, & coniūctione
congelatam, et ex illa habet quod est
per-

perlucidum, habet etiam ex eadem, quod liquefit calido humido & distillat aqua ab eo terrestri suo remanente. Est iterum sal quod vocatur Napticum nigrum ex napta qua est in ipso, sed cum subfumigatur liquefcit napta, & separatur ab eo & tunc fit album. Est iterum sal radicium nigrum ex seipso & multa aduisione terra, qua est in ipso. Est etiam adhuc sal armoniacum qui clarius est ad perspicuitatem accedens. Et forte alij modi salis prater istos in diuersis terris inueniuntur quoniam sal marinum alium habet modum, in mari magno quod attingit Italiam & alium in mari Oceano, quod est ad aquilonem & tangit Flandriam & Germaniam. Hoc enim quod est in mari magno in reflexu maris in locis ubi refluit, vel in foveas derivatum, in locis ubi stat calor solis in fundo conuertitur in salem, qui est magnorum.

granorum, sicut nix quaedam grandis
no[n] e[st] conuoluta. Hoc autem quod ex
mari Oceano aquilonari coquitur de
terrestri fundi e[st] terra marina. Sūt
etiā fontes salsi in diuersis theutonia
partibus ex quorum aquis coquitur
sal bonum e[st] parue quātitatis quasi
farinatum. De vrina etiam hominis
e[st] precipuē puerorum coquitur sal
per operationes alchimicas sublima-
tionis e[st] distillationis. Quocunq[ue] au-
tem modo fiat sal in communi tamē
vnius est natura, qua componitur ex
terrestri quod humidum fuit mistū
combusto, e[st] quia humido permistū
fuit, ideo combustum est album, e[st]
quanto plus comburitur per elixatio-
nem vel assationem tanto efficitur al-
bior e[st] amarior, salsus enim sapor
permistus est amaro, ut in scientia
de sensibilibus determinabitur. Pro-
pter terrestritatē autem omne sal
stipi-

379 DE REBUS METAL.
stipticum inuenitur, & propter siccitatem est ipse exsiccatiuus à putredine constrictiuus. Propter caliditatem simul, & siccitatem est abstersiuus. & quia habet acumen in sapore penetratiuum ideo condit cibaria. CrySTALLINUS autem, specialiter est consumiuus grossorum vaporum, sed quocumque calidior est dissolutiuus congelatorum humorum, in commistis corporibus, & hoc quidem habet omne sal secundum magis, et minus. Similiter autem propter siccitatem simul, & inordinationem pororum, cuius inordinationis causa est combustio intorquens ordinatos poros, habet quod est de numero comminubi-
lium omnium modorum.

De natura & substantia
atramentorum.

Capit. 2.

Natura

Natura autem atramenti secundum suum genus est quod est substantia omniomera mineralis dissolubilis per decoctionem in aqua factam permixtam lapidose substantie que nequaquam soluitur per elixationem, liquida enim proculdubio primum est genus atramentorum, et fuit per se coagulatum.

Contra etiam omne atramentum secundum suum genus quod est rācidigustus slipticum, et adurēs valde unde et inducit crasiam duram quando corporibus apponitur. Est autem plurimum specierum, aliquod enim est album quod Arabes vocant al kadidis, et aliquod rubeum quod vocant asfurie, et aliquod citrinum quod vocant al kofol, et aliquod inuenitur viride quod nominant alkacantum, et aliquod fuscum declinans ad nigridinē quod aliqd acceperit lapideitatis. Viride autem quod à quibusdam vitreo-

381 DE REBUS METAL.

vitreolum vocatur & ad quoddam in-
 causti genus ponitur, fortius est coa-
 gulatum quam *citrium* & tunicas habet
 grossiores. Efficacius autem in fusco ge-
 nere atramenti est quam splendorem quen-
 dam auri pretendit si pulvis aureus
 in ipso sparsus obscure reluceat. Pa-
 tet quod atramenta omnia ex terra &
 aqua sunt, & primo sunt liquida &
 postea coagulata, & iterum postea cali-
 do & humido dissolubilia. Calorem au-
 tem accipiunt secundum maiorem &
 minorem subtilitatem terre & deco-
 ctionem eius in humido & maiorem
 & minorem perspicui aeris immixtionem
 quando terreum in aqua decoquitur.
 Est autem hoc medium lapidis &
 metallorum, quoniam & compositio-
 nem habet lapidis & aliquando splen-
 dorem metallorum.

De natura & genere alumi-
 nium. Cap. 3.

ALM

A Lumen est terrestris cōpositionis, est autē tale terreū qđ grossum est & humido concre tum, quod à complemento deficit argenti vini, & tamen aliquod accedit ad illud. Et videtur esse quadam vi coagulatum que quidē non est sulphuris, sed aliquid propinquitatis habet cum sulphure existente. Est igitur colore album frequētius, et cum assatum fuerit optesī distillat ab eā quadā aqua fere sicut à salgemma. Est autem, quod frequentius occurrit, & cuius utilitas maior est, trium specierum videlicet longum & scissile valde quodin scissuris plumosum apparet & habet colorem argenti similem. Secundum autem est quod est siccum & rotundum ut mollis lapis et in splendore argenti et albedine parum declinans à precedente, & non est ita efficax sicut id quod dictū est & hoc à quibusdā

voca-

vocatur rotundum. Tertium autem est siccum quasi petrosum declinans ad citrinitatē, et hæc omnia tria sunt de facili dissolubilia. Optimum est scissibile præsertim recens candidissimum gustu per quam astringens, graue olens caculorum expers. Repertur quoque lapis huic alumini persimilis q̄ gustus inditio dignoscitur q̄ non astringat.

De modo & natura Arsenici. Capit. 4.

Restat nos de arsenico terminare ad præsens dicimus igitur quoniam est de subtili materia & simili cum sulphure, ideo non oportet illud aliter deffiniri quam Sulphur, in hoc autem diuersificatur à Sulphure, quia est albedinis tinctura de facili rubedinis autem difficile, sulphur vero rubedinis de facili al

li albedinis autem difficillime. Est autem Sulphuris, & Arsenici duplex genus, citrinum quoque, & rubrum, que sunt arti Alchimie utilia reliqua autem multa genera non. Figitur autem Arsenicum. ut Sulphur. Virinsque verò si olimatio ex metallorum calcibus melior est, non sunt autem sulphur, & Arsenicum materia perfectina operis Alchimie ut quidam putarunt. Non enim completa sunt ad perfectionem, habent autem adminiculum perfectionis in casu. Eligatur autem lucidum, & squamosum, & scissibile.

De natura & modo marchasitæ & magnesiæ.

Cap. 5.

Sufficiēter determinauimus ad naturam & essentiam atramentorum, aluminum, & Arsenici,

R nunc

nunc ad ipsius marchasita, & magnesie naturam accedemus. Dicimus igitur quod marchasita duplicem habet in sui creatione substantiam argenti vini scilicet mortificati, & ad fixationem approximantis, & sulphuris adurentis. Ipsam habere sulphureitatem comperimus manifesta experientia. Nam cum sublimatur, ex illa emanat substantia sulphurea manifesta comburens. Et sine sublimatione similiter perpenditur illius sulphureitas. Nam si ponatur ad ignitionem, non suscipit illam priusquam inflammatione sulphureis inflammetur, & ardeat. Ipsam vero argenti vini substantiam manifestatur habere sensibiliter. Nam albedinem præstat Veneri meri argenti, quemadmodum, et ipsum argentum vinum, & colorem in ipsius sublimatione celestium præstare, & luciditatem manifestam metallicam habere videmus.

qua

que certum reddunt artificem Alchimia, illam has substantias continere in radice sua. Magnesia verò sulphur plus turbidum, & argentum vium magis terreum, & fœculentū, & ipsum sulphur similiter magis fixum, & minus inflammabile habere, per easdem probare experientias manifestè poteris, & ipsam magis naturam martis exprimere.

De natura nitri.

Cap. 6.

Nitrum autē ex Nitrea Insula, ubi primo inuentum est sic vocatur, Arabes Baurac nominant, est autem de genere salis obscurius quam Salgemma, tamen est perlucidum, sed est laminosum tenue. Est autem illud assabile in igne, & tūc amissa aquosa substantia superflua efficitur siccū magis

combustum, & tunc erit acutius sal
 ipsum. Species autem eius distinguū
 tur secundum loca in quibus nasci
 tur, Est autem tripliciter inuentum
 apud nos, Armenicum videlicet, &
 Africanum, & Theutonicum, quod
 in loco qui Goslaria dicitur, abun
 danter inuenitur, ita quod pluuia ca
 dente super montem qui plenus est
 minera cupri, & coacta aqua pluuia
 per montem quando venit ad centū
 passus in foueam quam fecerunt fos
 sores conuersa videtur aqua in nitrum
 quod tamen putatur ab incolis esse
 salgemma, sed ego visu, & tactu pro
 bavi esse nitrum. Statur autem in cō
 cauo montis ad modum, & formam
 qua glacies generatur in tectis, &
 aqua à tecto stillante tempore gelan
 tis frigoris, & hoc non est laminale
 sed rotundum. Comparatio autem
 nitri affricani ad ceteras species ni
 tri est comparatio nitri ad salern.
 Spuma

Spuma autem nitri omnis que aliquando flos nitri vocatur subtilioris est substantia, & virtutis quam ipsum nitrum, melior autem est spuma illa quam pretendit color marmoris & est multum frangibilis. est autem omnino nitrum calidum, & siccum, & ideo operationes eius sunt quod est incisivum, lauativum, excoriativum, corrosivum, & precipue Africanum, quod acutius est ceteris.

De natura Tuthiæ:

Cap. 7.

Tuthia autem cuius usus frequens est in transmutationibus metallorum est artificialis, & non naturalis commistio fit autem Tuthia ex fumo qui eleuatur ad superius, & adherendo corporibus duris coagulatur, ubi purificatur a lapidibus, & stanno, quæ sunt in ipso, melius autem in hoc genere ex eo quod subli

R 3 matur

matur ab illo, & tunc illud quod in tali sublimatione residet in fundo est climia que vocatur à quibusdam succudus. Sunt autem multi modi Tutthie, est enim alba & citrina ad rubedinem declinans, quando autem lauatur Tutthia, residet in fundo quodam sicut fex Tutthie nigrum, aliquando hoc vocatur à quibusdam Tutthia Inda. Differentia autem inter succudum, & Tutthiam est quam diximus, quia scilicet tutthia sublimatur, & succudus est quod residet in fundo canalibus non sublimatum. Melior autem est volatilis alba, & deinde citrina, & deinde rubea, recentior enim melius valet quam vetusta. Est autem omnis Tutthia frigida, & sicca, & illa que abluta est melius, valet in operationibus istis.

De natura, & proprietatibus electri. Cap. 8.

Multi

Multi antiquorum non minus
 inter media, sed inter metal-
 la posuerunt electrum quod
 Arabes tinchar vocant, quidam au-
 tem ipsum capistrum auri vocave-
 runt, habet autem colorem mistum
 ex auro, & argento, & ideo etiam
 duo sunt genera huius metalli, est e-
 nim artificiale quod ex argento, & ni-
 tro simul mistis confectum est, aliud
 autem est minerale, & naturale quod
 antiqui omni metallo melius esse dixe-
 runt, nescio quare nisi quia sibi hunc
 effectum attribuerunt quod strido-
 rem emittit, vas factum ex tali ele-
 ctro quando venenum est immis-
 sum in potu quod in vas mittitur sicut
 stridet nitrum, quando infunditur
 sibi acetum, cum autem colorem
 habeat argenti & auri mistum, pro-
 culdubio & proprietatem habet
 R 4 rrius-

391 DE REBUS METAL.
vtriusque, & naturam. De mistis
igitur homogeneis, & non complexio-
natis neque animatis secundum
hunc modum dictum sit. Ex di-
ctis enim omnia quaecunque hic
non nominata sunt de facili
poterunt cog-
nosci.

INDEX